In sũma circa totã materiã isti⁹
rubri. aduerte: q̃ nõ sufficit illicitẽ
acq̃sita erogare paupibus dũmõ
sciam⁹ p̃sonas a q̃b⁹ extorsim⁹ c.
sicut dignũ. §. eos. de homici. Nõ
eñ remittit debitũ s₃ auget: si aliĵ
soluat qd̃ aliĵ est ex debito soluen
dum. c. ea te. de iure iur. Be. mu.

Testator mandauit c. distribui pro male ablatis q̃ nõ ascẽdunt ad tãtã sũmã: qd fiet de residuo.

Pauperib⁹ erogare an sufficiat male ablata?

De formis legati p suffragio aie circa opera pietatis. Rub. xxxviii.

Relictis bis que tanq̄ aliena restituenda sunt: vel etiā si nulla se testator credat habere illicita. solet ipse testator p expēsis funeris: et p elemosinis et aliis opib⁹ pietatis: aliquā summā pecunie de bōis suis disponere: et illā postmodum in opib⁹ pietatis et misericordie pticulariter relinquere: hoc mō. Itē de aliis bonis suis reliquit p aīa sua: vel p oīa sua et parentū suorum c. lib. vel. cc. boñ. de quib⁹ mandauit expēdi supra fun⁹ / vl' occasione funeris et sepulture sue: quā sibi elegit apd talē ecclesiā (si sepulturā eligat) .x. vl' .xx. lib. boñ. vel id quod videbit cōmissariis: eorū arbitrio tā p exequiis q̄ tumuli cōstructione et eis q̄ fieri consueuerunt pro defunctis. viii. et. xxx. et cētesimo die: et etiā in anniuersario. Item mādauit emi baldachinū vnū vel palliū sericū precii. x. vel. xx. sub. boñ. ad deferendū corpus eius ad sepulturā: et tradendū ipsi ecclesie ea cōditione et lege: vt ex eo fiat planeta sacerdotis ad diuinū cultū. vel vt ex ipso pānodieb⁹ festiuis et solēnib⁹ ornetur altare beate marie ipsius ecclesie. vel ipse pānus in dicta ecclesia perpetuo seruetur: et gratis concedat ad deferendum corpora pauperū: qui in ipsa ecclesia sepeliētur. Et in fine cuiuslibet dictarū dispositionū subiunges: et voluit et mandauit q̄ dict⁹ pannus nullo modo vl' ingenio possit alie dari. vel in aliā causam trāsferri. sz ad dictum diuinū cultū perpetuo q̄diu subsistet: i ipa ecclia debeat ꝯseruari. Itē fieri mādauit calicem vnum argenteū et deauratū precii x. vel. xx. lib. et illum offerri tali ecclesie: perpetuo ad op⁹ diuini officii in ipsa ecclesia conseruandū. vel mandauit fieri vel emi vnum missale: vl' antiphonariū p̄cii. xx. librarū: et illud offerri tali ecclie ꝑpetuo ad opus diuini officii in ipsa ecclesia ꝯseruandū: ita q̄ nulla ratione vel causa possit aliena ri: vel in aliā cām ꝯuerti. Itē mādauit dari alicui fideli homini. x. vel. xx. p viatico: q̄ vice sua et aie sue visitet limina bti Jacobi apostoli de gallicia. vel limina apostolorū Petri et Pauli. vel transeat mare in subsidiū terre sancte. Itē q̄ querant due virgines paupes et indigentes: et nō habētes vnde nubāt: et volentes nubere vel religiones intrare. vel querant due publice peccatrices volentes renunciare peccato: et vlteri⁹ honeste viuere: et bonis viris nubere. vel religionē intrare: quarū cuilibet dent. xx. libre / in auxilium dotis nubendi: vel religionē intrandi. et caueant proinde cōmissarii ne eis sup hoc dolose a cōtrahentibus illudat. Itē voluit et mādauit emi pannū nouum p̄cii. xx. lib. de quo fiant. xx. tunice q̄ dentur xx. pauperib⁹ verecundis: et non simulantib⁹ verecundiam et miseriā. de quib⁹ spes sit q̄ nō vendāt eas: sed eis vtant q̄diu subsistent. Itē cuilibet cōuentui fratrum ciuitatis et suburbiorū qui propria nō possident sed de elemosina viuūt: offerri voluit. et mādauit. vi. vel. xii. denarios p quolibet sacerdote ipsius conuent⁹: deuote eos rogando. vt quilibet ipsorū sacerdotū in sacramento altaris cōmēdat aīam eius redēptori suo. Itē fieri et emi voluit lectū vnū cū ferretro et oībus apparamētis. et illum offerri deo et hospitali sancti Stephani: ad vsum et opus pere-

grinorũ et infirmorũ/ea conditio ne/et pacto/vt perpetuo ad dictũ pietatis opus seruet ibidẽ: & nullo modo alienari possit/vel in aliã causam conuerti. Itẽ ex dicta sũma pro anima relicta reliquit tali cõuentui.x.lib. vel sic/legauit tali cõuentui.x.lib. de quibus fiat vna pietas vel refectio fratrib[9] dicti cõuent[9]: vel precise conuertatur in edificiũ ipsi[9] ecclie: vel in ornamẽtũ altaris.itẽ tali fratri.x.vel.c. soli.cõuertẽdos solũmodo in vestes suas/vel in auxiliũ librorũ suorum theologicorum: vel in causam quam magis acceptauerit/vtilẽ: vel ĩ necessitatẽ suã.itẽ ecclesie boñ. vel tali plebano.xl. soli.pro restitutiõe decimarum.item tali sacerdoti vel tali heremite vel tali hospitali.x. soli.item ecclesie prochiali sue.c. soli. Habes igit has iustas species legatorum pro aĩa: quas idõ tibi posui/qz sepe solẽt/accidere/& vt tibi sint forma et mod[9] oĩm aliorum q̃ de testamẽtorũ possunt dispositiõe pcedere. Sic aũt hmõi legata particularit ordinatis si qd videbitur ex sũma relicta pro aĩa super esse/solz illud testator arbitrio cõmissariorum distribuendũ relinq̃re: et tũc ita subiũges: residuũ vero ex dicta sũma pro aĩa sua expẽdi & distribui mãdauit arbitrio cõmissariorũ suorũ .I. scriptorum inter pauperes xp̃i et ecclesias et hospitalia & alia opa pietatis. qb[9] sic dictis cõtinue scribe: cõmissarios aũt suos et hui[9] testamenti executores circa pdicta.&c. vt.I.i sc. rub. notat.

¶ Additio. Circa pmissa q̃ro/qd si relictũ ad pias causas / seu certe persone non possit deputari ad vsum destinatũ/nũqd efficiet relictũ hmõi caducũ? Bar.i.l. pater.§.tusculan[9].ff.de le.iii.et post eũ Panor.in.c.nos quidẽ de testa. distinguit: qz aut relictũ cõcernit piã causam simpliciter et nõ psonã: tũc tale relictũ nũq̃ efficit caducũ/sed debet deputari ad aliũ vsum cũ cõsensu ep̃i & heredis vt in.l.legatum.et qd ibi notat. ff. de vsufruc.le.&.d.c.nos quidẽ. Aut relictũ factũ est psone: et tũc si eõ tẽplatione aĩe: qz fuisset alie psone relicturus/& tũc deficiente illa psona/debet relictum ad piũ vsum cõuerti vt volũtas defuncti in effectu adimpleat.d.l.legatum. Si vero relictũ fuit factũ ptẽplatione persone vel collegij: nõ habito respectu ad piã causam: tũc deficiente psona vel collegio expirat relictũ et remanet apd grauatum vt.d.§.tusculan[9]. Si aũt dubitat an testator habuit respectũ ad psonã/an ad piã causã/debem[9] presumere religionis fauore et aĩe q ad piã cãm pspexit.ar.l.sunt psone.in fi.ff.de religio. Ex his decidit ipse Panor. vbi.s. questionem quidã simpliciter reliquit.l.c.erte puelle puta titie maritande: moritur ista titia antẽq̃ cõsequat relictũ.dubitat an expiret hmõi relictũ.an vero sit cõuertendũ ad aliã puellã maritandã? et põt dici fm eũ q ex varijs coniecturis iudex arbitrabitur an testator habuerit respectũ ad aĩam/aut ad fauorem illi[9] puelle.pone eñ q diu sibi seruierat: nã tũc psumptio erit q volebat eã remunerare. ¶ Itẽ no. si testator mãdat fieri calicẽ vel platenã in aliq̃ ecclia nõ specificãdo ex qua materia/intelligit de argẽto et serico.l.titia.§.seia.& ibi glo. et Bar. ff. de au.et ar.le. vide etiã Bal.in.l.si nondum.C.de furtis prope finem. Gerardus mulert.

Relictũ ad pias cãs si nõ potest deputari ad vsum destinatũ an efficietur caducũ?

Calices vel platenam si fieri mãdauit testator de qua materia intelligat.

De formis ordinãdorum cõmissariorum. Rub.xxxix.

Postq̃ dispositum fuerit de restitutiõibus ablatorum et de legatis ele mosinarum: solet testator ad ea

exequenda commissarios eligere: puta priorē alicuius conuentus q̄ p tēpore fuerit/vel pfessorē suū/ vel vxorē: vel amicū aliū de cuius charitate pfidit: vel etiā ipm eundem heredē: quinimo nullo alio cōmissario electo/heres ipso iure tenet exequi. potest autē eligere vnū et plures: et circa ea multas dispositiōes facere. vt infra videbis. Et nota q̄ huiōi pmissarij tā tū habent de ptāte q̄tū dat eis a testatore: et nil plus possunt facere q̄ testator pmiserit eis: qz mandatarij sunt: et iō bonū cōsiliū est q̄ plenū mandatū et plena auctoritas det eis. vt. j. videbis. Itaq; positis legatis restitutionū vl' elemosinaꝝ ita scribes vl' pnnuabis. Cōmissarios aūt suos et hui⁹ testamēti executores ad oīa p̄dicta et singla faciēda et pplēda esse voluit: et disposuit gardianū pueut⁹ minorū boñ. q̄ p tēpore fuerit: et fratrē. M. t. d. P. ei⁹ vxorē. t. d. Jo. ei⁹ pfēz. Et nota q̄ ita simpliciter electi dicuntur meri et nudi ministri. vñ pecuniā eis datā dispensare possunt. s3 cōtra heredes nullā habēt actionē. Sed si testator voluerit pleniorē auctoritatē eis pbere ita continuabis positis noib⁹ cōmissariorū: dans et attribuens eis plenā et oīmodā ptātē atq; mandatū petendi: exigendi: et recipiendi ab heredib⁹ infrainscript; sufficiētē et integrā pecuniā p predictis oibus et singulis exequēdis: et cōtra eos ob hāc cāz agēdi: et ipsos cū effectu pueniendi: et mādauit heredib⁹ suis ifrascriptis dictā pecuniā dictis commissarijs sine molestia vel lite tradere et exhibere: alioqñ dānauit eos pene cā. in. c. dictis commissarijs eoꝝ pprio nomie applicāda: p̄dicta oīa et singula nichilomin⁹ executioni mādaturis. vl' sic dās et attribuens eis plenā et oīmodā potestatez et mādatū agēdi et exercēdi actiones suas ptra debitores suos et quos voluerit ab eis sufficientē q̄titatē ex debitis exigendi et recipiēdi p p̄dictis oib⁹ et singulis exequēdis. vel sic dās et attribuens eis plenā et oīmodā potestatē et mandatū: vt eorū auctoritate accipiant et accipere possint de bonis d quib⁹ voluerit et ea aut q̄d ex eis voluerit distrahere: alienare: vēdere: obligare: cōuenire d p̄cio: illd recipere: deponere: tradere: et de euictiōe cauere: et ob id cetera bōa obligare: et oēm ex eis et sup eis ptractū pficere: queadmodū ipse viuēs facere potuisset: p p̄dictis oibus et singulis exequēdis: et i fine harū dispositionū subijcies istā clausulā: necnō dās et attribuēs eis super oīb⁹ et singulis supradictis gnale mādatū cū libera administratiōe: itē voluit et disposuit q̄ si aliqui ex eis p̄moreret vl' absentes eēnt vl' certa ratiōe ipediti ceteri in solidū exequant. vel sic: itē voluit et disponit q̄ ipsi commissarij oēs simul et pcordter p̄dicta oīa et singula exequant: vel q̄ de cōsilio et cōsensu dicti prioris habito et obtento ceteri exequant: vel si dicti cōmissarij in aliquo dissentirēt illico in quo maior pars coꝝ cōsenserit executioni mādet. Has igit dispositiōes vl' quasdā ex eis scribes prout placuerit testatori.

Addicio. Circa p̄dicta quero ad quē vel quos spectet executio eorū q̄ in vltimis volūtatib⁹ relinquūtur? Pro rñsiōe isti⁹ q̄stionis distigue post Panor. in. c. si heredes. de testa. Nā aut testator eligit sibi executores: et ad illos oīno ptinet executio testamēti: et nō ad episcopū: et in legatis ad pias cās. c. tua nobis. de testa. et i auc. de eccle. titu. §. si qs aūt p redemptione. co. ix. Ad epm tñ ptinet

Executio eorū q̄ i vltis volūtatib⁹ relinquuntur ad quos spectet.

tales executores ꝓpellere ad exe quendũ pias volũtates defuncto rũ etiã si testator hoc vetuisset. di cto.c.tua nobis. Adde etiaꝫ ꝙ in relictis pro male ablatis debet ad hiberi ꝓuidẽtia:et ꝯsiliũ episcopi vt in.c.cũ sit.r ibi hoc vult.d. Pa nor.de iudeis.et per glo.in.c.ij.de pe.et re.li.vj. Ita tenet etiã dñs Rolan.s.in rubri. de formis lega toꝝ q̃ ꝓ restitutione illicite acqui sitorũ relinquũtur in fine.et ibi te tigi in prin.addi. Aut testator nõ reliquit executorem in testamento ⁊ tunc in relictis ꝓ redẽptione ca ptiuorũ ⁊ pro elemosina pauperũ episcopꝰ succedit:etiaꝫ si testator ꝓhibuerit eũ aliqđ ad hoc habere participiũ. vt.d.§.si quis aũt.et.l. nulli ⁊.auc.licet.C.de epis.⁊ cle. In alijs vero relictis succedit he res.vt dicto.c.si heredes.⁊.c.nos quidẽ.et dicto.c.tua nobis. Sed si is qui debet exequi admonitus tẽpore debito semel et secundo ꝑ epũm negligit exequi/ deuolutio fit ad epm in relictis ad pias cãs vt est casus in.§.si aũt q̃ hoc face re in.d.auc.de eccle.titu.si vero fuit monitus semel/expectaꝛ anni lapsus.ar.i.d.c.nos q̃dẽ de testa. et in auc.hoc amplꝰ. et ibi sentit hoc Bar.C.đ fideicõ. An aũt hꝰ locũ habeat etiã in relictis ad nõ pias causas/vt ad epm fiat deuo lutio mõ p̃dicto? Glo.in verbo ab epo.i fi.ibi dũ dicit ⁊ hoc p̃cipue in his.⁊ c̃.in.d.c.si heredes innuit ꝙ sic.idẽ tenet Inno.et Host.in d.c.nos quidẽ. Sed glo.j.in.d.c. tua nobis. tenet ꝯtrũ. Jo.an.i.c. iohannes.de testa.latiꝰ examinat istđ et tandẽ distinguit hoc mõ.si eps vult ꝓcedere ex officio ꝑ mo dũ denũtiatiõis ꝓcedit.gl.i.d.c.si he redes.vt scꝫ in relictis etiã ad nõ pias cãs se ipediat. Aut vult ꝓce dẽ ad istãtiã legatarij:⁊ sic libel lo oblato:tũc nõ ipediet se đ hmõi relictꝫ.sꝫ do. Pe.de an.i.c.si here des tꝫ ꝙ ẽt ex officio nõ posset se epus ipedire đ relictꝫ ad nõ pias cãs.mouetꝛ.p̃ncipaliꝛ qꝛ nõ debet iudex ipẽdẽ officiũ suũ nõ iplora tũ ad vtilitatẽ p̃uatã:nisi eẽnt ꝑso ne miserabiles.allegat nota in.c. bone.j.de postu.p̃la.tenet expꝛessiꝰ Inno.i.c.ad nr̃aꝫ.ij.de iure iur.ẽ textꝰ.i.l.iiij.i.§.hoc aũt iudiciuꝫ. ff.de dã.infec.et ibi Bar.q̃ epus ad vtilitatẽ legatarij non debet se impedire ex officio.mouetꝛ fortiꝰ nã iura ciuilia disponũt hoc casu ad queꝫ spectet executio/nam de uoluitꝛ hereditas ad alios cũ one re exequẽdi volũtatẽ defuncti:et p̃cipiũt ꝓ hoc cautionẽ p̃stari.vt d.auc.hoc ãplꝰ.C.đ fideicõ.licꝫ ergo eps possit se ipedire đ legatꝫ ad pias cãs elapso anno:nõ tñ de alijs. Sꝫ.d. Panor.vbi.s.in ꝯtriũ adducit tex.in.d.c.si heredes.vbi gñaliꝛ loq̇tꝛ tex. Itẽ interest iudi cis ecclꝭiastici vt vota defunctorũ ꝑ eũ obseruentꝛ.vt in.c.vltĩa volũ tas.xiij.q.ij. Et ẽ rõ:qꝛ iudex ec clesiasticꝰ subuenire debet oĩbus oppressis et miserabilibus ꝑsonis destitutis omni auxilio.vt in.c.sup quibusdã de verbo.signi.lxxxvij. dist.quasi ꝑ totũ. sed defunctꝰ est miserabilis ꝑsona. cũ sit destitutꝰ omni auxilio.nec hꝫ aliud velle.vt in.l.j.C.de sacrosan.eccle.merti to impartitꝛ iudex ecclesiasticꝰ of ficiũ suũ nõ imploratũ. Et ꝑ hec tollitꝛ fundãtꝰ motiuũ dñi Pe.nã iudex ecclesiasticꝰ nõ hꝫ respectũ ad legatariũ/ sed ad voluntatẽ de functi/vt eiꝰ volũtas impleatur. ⁊ hoc voluit tex.in.d.c.si heredes in fine.sꝫ Panor.ibi Tamẽ saluã do certo casu vtramqꝫ opinionẽ/ vult.d.Panor.vbi.s.ꝙ aut eps vult se ipedire anteq̃ heres sit p̃ uatus hereditate / scilicet ante la psum anni:et potest per p̃dictã ra tionem:⁊ hoc casu cessat arg. P.

Eps an possit se impedi re de reli ctis ad nõ pias causas?

Iudex an debe at impẽ dere offi ciuꝫ suũ non iplo ratum?

quia hereditas nondũ puenit ad
aliũ.aut vult se ipedire postq̃ he
res icidit i penã puatiõis/ et tũc si
heres de facto possidet hereditã
tẽ/q: nemo petit: et põt eps se im
pedire: q: cessat pdicta ratio et ha
bet locũ tex.i.d.c.si heredes.scd'z
aliũ intellectũ: aut hereditas puc
nit ad alios/ et nõ i pedit se de exe
cutiõe: nisi respectu compulsiõis
hẽde: q: cõpellit heredẽ nouũ ad
exequẽdũ. et sic 8m eũdẽ Panor.
põt ɔcordari.d.auc. hoc ãpli' cũ
d.c.si heredes. et cũ aliis iurib' su
pra allegatis: que nota. Itẽ adde
supradict; q lz ad epm ptineat vt
vota defunctorũ executioni man
dentur.d.c.si heredes.dicit tñ.d.
Panor.ibi q hoc ẽ mixti fori: q:
etiã iudex sclaris põt officiũ suuz
ipartiri ẽt i legat; ad pias cãs.vt
in d.auc.de eccle.ti.§.si qs edifi
cationẽ.et i.d.auc.hoc ampli'.C.
d fideicõ.et p hoc arbitrat ipse.d.
Panor.esse locũ pvẽtiõi int hos
iudices/ qd dicit notãdũ.facit qd
dixit.i.c.cũ sit gñale de foro ɔpe.
¶ Itẽ aduerte q clerici sclares et
laici pñt deputari executores in
vltis volũtatib'/ vt pbatur i.d.c.
tua nobis.de testa. Religios' aũt
executor deputat' nõ põt (cũ vel
le vl nolle nõ hẽat) hmõi officiuz
suscipere nec exeq: nisi a superiore
suo petita sup hoc licentia et obtẽ
ta.c.ij.i.pn.d testa.li.vj. Fratrib'
pro minorib' hoc officiũ est penit'
interdictũ.vt i cle.exiui.§.pinde
cũ vir sanct'.psi.verũ etiã cuz di
cti ordis frẽs.d pbo.sig. Nota tñ
q dicti frẽs ɔsilium dare i exequẽ
dis vltis volũtatib' licite pñt.vt
in.d.psi.vers etiã. An aũt isti fra
tres possint mixtim deputari exe
cutores? Io.and.in.c.iohannes
de testa.vt etiã refert.d.Panor.
in.d.c.tua nobis.dicit q sic: dic
plemus vt p eũ. An femina pos
sit esse exequutrix.item an minor

Executores vltimarum voluntatum qui deputari possint?

Fratres minores an possint esse executores?

xxv.ãnis? tractat glo.j.in.d.c.ij.
de testa.libro sexto. et vult in effe
ctu q lz de rigore iur; nõ possent
minor et mulier esse executores:
ɔsuetudo tñ q̃ est optia legũ iter
pres: habet q tales exeq possint
Quero et reuoco i dubiũ iuxta p
missa: an ne executores testamen
tarij possunt agere contra heredẽ
vt eis tribuat vñ possint exeq vo
lũtatẽ defuncti? istam questionez
format glo.i.l.nulli.C.de episco
pis et cle.item glo.in.l.luti'.§.me
uia duos.ff.ad trebel. et glo.in.l.
si qs titio.ff.de le.ij.que volũt q
aut loq̃mur in relict; ad pias cau
sas: et tunc indistincte possunt age
re contra heredẽ.vt in.d.l.nulli.
et.l.si quis ad declinandã. hoc te
net etiã glo.in.§.si quis in noie in
auc.de eccle.titu.col.ix.aut loqui
mur in aliis relictis/ et tũc subdi
stinguũt: quia aut sũt executores
meri/aut sunt participes.prio ca
su executores nõ agunt cõtra he
redem: sed si heres sponte eis tri
buit.exequũtur voluntatẽ defun
cti/ sz agere non possunt.d.l.luti'
.§.meuia duos. nisi testator aliud
expresserit.l.a plurib'.ff.de le.j.
Aduerte tamẽ q licet nõ habeãt
actionẽ cõtra heredem hoc casu/
possunt tamen officiũ iudicis im
plorare contra heredem vel alios
detinentes bona defuncti.ar.in.l.
hereditas.ff.de pe.he. et i.l.qñt'.
in fi.ff.de ãnuis lega. et hoc voluit
Dy.in.d.§.meuia duos. et Bar.in
d.l.si quis titio.ff.de le.ij.poterit
ergo diocesanus compellere exe
cutorem vt imploret officiũ iudi
cis contra heredẽ: et sic intellige
c.iohannes de testa.scdm.d.Pa
nor.ibidẽ.vel potes etiã intellige
re illud.c.8m eũdẽ Panor.vt cõ
pellatur executor exequi quando
scilicet bona sunt i manib' ipsius
executoris: vel heres est paratus
sibi dare vñ exequatur. Secundo

Executores testamentarij: an possint agere contra heredes vt eis tribuat vñ exequãt

casu qñ scꝫ executores sunt ꝑticipes. puta quia testator voluit aliquã partem remanere penes executores: tũc poterũt agere. vt. d. l. si q̃s titio. ff. de le. ii. ita dicũt doctores glo. Tu dic melius scḋm Panor. vbi. s. q̃ si verba dispositionis cõferunt in eos tacite vel expresse/ non dicunt puri exequutores sed legatarij: idõ possũt agere ꝯtra heredes. exẽplũ dicit testator relinq̃ titio centũ/ et volo q̃ illa restituat Seio. nã licet nullã cõmoditatẽ habeat: ex quo tñ verba legati in eũ ꝯferũtur/ poterit tanq̃ legatarius agere cõtra heredẽ/ et ẽ vtile: q2 si deficeret fideicõmissũ ex ꝑsona fideicõmissarij/ accresceret isti legatario et nõ heredi. vt. d. l. si q̃s titio. idẽ dixi vbi tacite dispositio ꝯfertur ĩ ipos executores: vt q2 sunt ꝑticipes illius relicti. his enim casibus nõ dicunt puri executores vnde habẽt actionẽ cõtra heredẽ d. l. si q̃s titio. ¶ An aũt isti executores recipiẽtes pecuniã ab heredibus debeãt necessario cauere heredibus de expẽdẽda pecunia: item an de expensis credatur sacramẽto executorum tractat. glo. in. d. l. nulli. C. de episco. et cle. dic vt in ea. ¶ Itẽ quero nũq̃d executores saltem de auctoritate episcopi possint legatũ ad certũ vsum relictũ in meliorẽ transferre: Panor. in. d. c. tua nobis. de testa. tenet q̃ nõ/ ex quo potest deputari ad vsũ destinatum: nã iura solũ excipiũt ꝑncipis auctoritatẽ. vt in cle. q2 cõtingit in ꝑin. de reli. do. facit. l. legatum. et q̃d ibi nota. ff. de vsufru. lega. Si vero ad vsum destinatum deputari nõ põt. tunc dic vt dixi. s. ꝑxima rubri. prope finẽ. vide latius de isto per Io. de imo ĩ. l. i. ff. de ꝯdi. insti. et post eũ ꝑ Ange. are. in. §. ĩpossibilis insti. de here. insti. ¶ Itẽ no q̃ pluribus executoribus datis vno mortuo

Executores an possint legatũ ad certum vsũ relictum ex cp̃i auctoritate in meliorem vsũ trãsferre

vel in remotis existente vel exequi nolente poterit alius officiũ executoris exercere: ne voluntatem testatoris ĩpediat: vel nimium differri cõtingat. nisi testator aliter disposuerit. c. ij. §. fina de testa. li. vi. ¶ Sꝫ iuxta p̃missa q̃ro nũq̃d ꝯpellit q̃s acceptare officium executionis attento q̃ sit res pia et fauorabilis. vt ĩ. l. i. C. de sacrosan. eccle. et. c. tua. d̃ testa. d. Panor. in d. c. iohãnes. de testa. tenet q̃ non et hoc etiam procedit scḋm eum in relictis ad pias causas. hoc videt ꝑbare tex. ĩ. d. c. iohãnes ibi post mãdatũ susceptũ: et idẽ sentit ibi Io. an. Ex p̃dictis patꝫ intellectus superiorũ dũ dictũ est q̃ ep̃s põt executores ꝯpellere vt exequantur. nã hoc verũ postq̃ ipi susceperunt mãdatũ vel onus executionis d. c. iohãnes. iuncta glosa. Acceptare autem siue suscipere mandatũ q̃s videt scḋm eundẽ Io. an. ibi supra. exp̃sse acceptando aut tacite: puta exequẽdo aliquid de spectãtibus ad illud officiũ. secus dicit si erat p̃sens qñ officium sibi cõferebat et tacuit. pro hoc. l. filiusfa. §. diuus. ff. de procu. Addit panor. in. d. c. iohãnes. q̃ etiã per alterũ actum executionis dicit officiũ acceptare. puta si sciẽter recepit litteras in quibus sibi officiũ ꝯferebat. ar. in cle. i. de procu. Vel si ipe scripsit q̃ testator ad illud officiũ eum deputauit. ad hoc bonus textus. in. l. vxori. §. i. ff. ad le. corne. de fal. facit. l. ex sententia. ff. de testa. tu. et est hoc vltimũ notandũ scḋm. d. Panor. vbi. s. q2 potest adduci ad multa. Aduertẽ tamen singulariter q̃ respectu legatorũ ad pias causas videtur q̃ episcopus possit ꝯpellere aliquẽ etiã citra acceptationẽ: et si nõ vt executorem testamentariũ/ saltem vt delegatũ et cõmissariũ. Nã cũ episcopus hoc casu habeat exequi

Executionis officiũ an acceptare quis compellatur

Mãdatum qñ suscipere q̃s videatur

vt supra ptz: poterit officium hoc sibi delegare / et ad suscipiendum compellere sicut in qualibet alia delegatione. C. qui pro sua iuris. l.i. et. c. pastoralis. in prin. de offi. delega. ita dicit notabilit. d. pa. nor. vbi. s. Idẽ posset dici etiam in alijs legatis / qm̃ vt supra dixi etiã in illis episcop⁹ potest se ipedire. Reliqua hãc materiã cõcernentia vide late p Bartho. in. l. alio. ff. de ali. et ciba. le. et plenissime p Speculatorẽ i ti. d instru. editione. in. §. nunc vero aliqua. Gerardus mulert.

Delegationem cõpellitur quis suscipe.

¶ De formis legatorũ relictorꝝ ꝯsideratiõe cõsanguinitatis vl' affinitatis vel amicitie tpalis. Rubrica. xl.

Facta iã ꝯmissariorꝝ ordiatiõe qb⁹ cõmittũt legata restitõnũ et elemosinaꝝ / põt testator de alijs suis bonis / consanguineis et amicis charitatis causa dando legare: et hec talia legata solent non a cõmissarijs sed ab heredib⁹ prestãda relinqui. itẽ et debitorib⁹ suis liberationẽ legare potest. itẽ seruis libertatem. itez creditorib⁹ id qd̃ debet: si tñ plus est in legato q̃ in debito. itẽ iura / et actiones / et seruitutes: et vsufructuz et futuros fruct⁹. §. si q̃s debitori. et. §. econtrario. et. §. tã aũt. z. §. ea quoq3 insti. de lega. et. §. multis. insti. de liberti. Itez filio naturali legare põt vsq3 ad legitimũ modũ. de quo mõ dictũ est. s. in Ru. de na. tm̃ libe. Quin immo alicui filiorꝝ suorũ legitimorũ et naturaliũ legare vl' etiã prelegare potest. sup quib⁹ aliq̃ forte exẽpli cã ponũt: itaq3 postq̃ ordinatio cõmissariorꝝ suorũ fuerit facta ita ꝯtinuabis. Insup. P. nepoti suo legauit de alijs suis bonis x. lib. Itẽ tali suo cõpatri equuz: vl librũ vl' pãnum vl. x. corbes frumẽti quolib3 ãno vsq3 ad. x. ãnos post obitũ ipi⁹ testatoris. itẽ. W. legauit. x. modios ex eo vino qd̃ pcipiet p ãno p̃senti in tali vinea sua. itez. D. legauit vsũfructũ / et ius vtẽdi et fruẽdi: et fructuũ pceptionẽ tal' p̃dij. Itẽ tali pr̃i vl' amice sue legauit alimẽta sufficiẽtia i domo sua q̃diu vixerit. Itẽ tali seruiẽti et pedisseq̃ sue legauit. c. so. quos ei debebat p mercede sua: et insup de bonis suis. xx. soli. isup tali debitori suo legauit liberationez debiti. x. lib. ad qd̃ ei tenebat ex tali cã z ex tali istro et ipi⁹ instrumẽti redditionẽ: nisi viuẽs exegerit debitũ. itẽ tali creditori suo legauit: et solui z restitui mandauit. c. lib. in qb⁹ ei tenebat ex tali cã et ex tali instrumẽto nisi ipse testator viuẽs soluerit debitũ. Et no. q tale legatũ põt eẽ vtile multis rationib⁹ vt habes. s. in rubri. de legatis et qd̃ sit le. vẽ. s3 et creditori meo zc. Itẽ. P. legauit debitũ et noĩe debiti. l. libras. ad qd̃ ei tenet. A. ex tali cã et ex tali instro / et iura et actiões sibi aduers⁹. d. A. p dicto debito ꝯpetẽtes. Itẽ. F. legauit huitutẽ itineris act⁹ et vie in fũdo suo sito in tali loco / ex tali parte ipi⁹ fundi cõpetiturã ei et suis successorib⁹ noĩe talis sui p̃dij / et ipi p̃dio in ppetuum vel q̃diu vixerit ipe. F. vel q̃diu ipe. F. dictũ fundũ possederit. itẽ Titio legauit. c. libras si iuerit ad studiuz et studuerit in legib⁹. x. ãnis: vel tale qd̃ fecerit. itẽ legauit. R. et disposuit et voluit q heres eius ipsi. R. vendat talẽ domũ p. c. lib. vel p. x. libris min⁹ eo p̃cio qd̃ reuera ab alia psona posset haberi si ipse. R. emere voluerit: et ipsuz p̃ciũ soluerit Itẽ tali suo suo legauit libertatẽ

purã ꝛ merã: ꝛ tales res et totum eiꝰ peculiũ a rationibus officis se paratũ. itẽ tales rẽ heredis sui le gauit. S. vl' talẽ rem legauit. P. itẽ filio suo dañeli legauit vel ple gauit. c. lib. vel sic. itez q: R. filio suo dedit. c. lib. cũ eũ emãcipauit volẽs eũ alios frẽs suos. A. ec. J. coequare plegauit dictis. A. ꝛ. J. et cuilibet eoꝝ. c. lib. Jtẽ tali filio suo naturali legauit. c. lib. vel tali sue cõcubine. xx. lib. et sic de cete ris prout testator ordinare ꝛ lega re voluerit.

Cõcubi ne ſuean qs relin: q̃re pos: sit?

¶ Additio. Nõ ꝙ qs ẽt ꝯcubine sue relinq̃re põt. facit. l. affectiõis ff. dõ do. Aduũte tñ q: hꝰ fallit i mi lite armate milicie. l. miles ita. §. mulier. ff. dõ testa. mi. ꝛ. l. mulierẽ. ff. dõ his qbꝰ vt idig. vbi dr. ꝙ tale relictũ debz a fisco vẽdicari. facit l. ij. C. de dona. int' vi. et vxo. ꝛ nõ mi. l. affectiõis. s. all'. Ex quo seq̃r ꝭm Bar. in. d. l. mulierẽ. ꝛ in eun dem in. d. l. miles ita. §. mulier. ꝙ clericꝰ nõ põt relinq̃re concubine sue: q: clericꝰ equiparat' militi ar mate milicie. vt nota. i. l. miles. ff. de re iudi. Sequitur ẽt ꝙ aduoca tus: qui dicitur miles legalis mili tie et eq̃parat' militi armate mili: tie. vt. l. aduocati. C. de aduocatis diuer. iudicio. ꝛ notat' in. d. l. mi: les de re iudi. nõ possit sue ꝯcubi ne relinquere. ita tenet Bar. in di cta. l. mi. de re iud. q̃ nota. Ge. m.

¶ De formis legatoꝝ re lictoꝝ vxoribꝰ. Ru. xlj.

Quia ex hmõi le gatis ꝓpter ipentiã tabellionis magne so lẽt q̃stiões oriri ꝛ mu: lieribꝰ viduis grauia et hoc iferri pericula: iccirco spãlis sup hac rubrica describit'. cõsulo itaq̃ tibi ꝙ viduis ꝛ ẽt pupillis q̃ bꝰ aliq̃d i testamẽto reliquit' sem per sis fauorabilis/ et procura in ſtãter ꝙ testator vxori sue: siue ap pareat instrumentum dotis siue nõ appareat. relinquet ꝛ leget do tẽ suã: ꝛ legãdo qualitatẽ dotis/ vel rẽ dotalẽ exprimat. Est enĩ ta le legatũ mulieribꝰ multis ratio: nibꝰ vtilissimũ z. vt colligit' tam ex textu q̃ ex glo. insti. de le. §. s; si vxori. ꝛ tetigi ẽt. s. i. ru. de le. §. s; ꝛ creditori. in. fi. vsi. Deide leget quicquid velit de bonis suis/ siue q̃ãtitatẽ/ siue rẽ/ siue alimenta/ siue vsũfructũ/ et apponat ꝯditiones q̃s velit. Et ad hoc vt videas for mas legatoꝝ q̃ solẽt mulieribꝰ re linqui tibi hec exẽpla ꝓpono. Jtẽ vxori sue ẽt reliquit siue legauit dotes suas q̃ fuerũt. c. lib. Jtẽ le: gauit ei d' alijs bonis suis. xx. lib. bõi. insup legauit ei vestes suas: ꝛ pãnos oẽs laneos et lineos ꝛ se ricos q̃bus ipsa tẽpore obitꝰ ipsiꝰ testatoris vtet': vel ꝓ ea fcti erãt tũc ad opꝰ sui corpis. Uel sic. itẽ lega uit ei tale fermiũ: vel tale lectũ/ ꝛ tot lintreamina ꝛ talẽ culc. trã. Uel sic. itẽ legauit ꝛ voluit ꝛ mãda: uit ꝙ fiant ei ꝛ pro ea vestes lugu bres siue viduales ꝓ qbꝰ expẽdã tur. xxv. lib. Uel sic. itẽ legauit ei dẽ et voluit ꝛ disposuit ꝙ ipsa ha beat in bonis et domo et heredita te sua decẽtia et sufficẽtia alimen ta q̃diu ipsa vixerit. et vidualem vitã seruauerit in domo sua: ꝛ cũ fi lijs eius morata fuerit: ꝛ dotes ꝛ legatũ. xxv. lib. vel aliud tale lega tũ ñ petierit. ꝛ mãdauit filijs suis sub obtẽtu bñdictiõis sue ꝙ ipsaz honorẽ et reuereãt' vt dñam et suis ꝯsilijs et monitis acq̃escant. Jtẽ nõ ꝙ post tale legatũ alimen toꝝ solz ita subiũgi: ꝙ ſi dicte. D. magis placeret a filijs suis habi: tare seorsuz/ tũc legauit eidez pro se et vnã pedissequa sufficientẽr in domo sua habitationez ex qua parte domus ipsa voluerit. vel

quas tales fuerint arbitratu. Uel legauit usũ habitationẽ talis domus site in tali loco. Jtẽ q̄libet anno .xx. corbes frumenti z .xx. modios vini puri z .x. libras boñ. z tot curr⁹ lignorum p̄ alimẽtis suis z vni⁹ seruiẽtis ei ab heredib⁹ suis p̄stãda libere et quiete sine molestia z lite q̄diu vixerit et vidualẽ vitam seruauerit z dotes z tale legatũ nõ petierit. Uel sic post illud seorsum tũc legauit ei habitationẽ dom⁹ talis z talẽ vineã, et tale p̄diũ, vtẽdo z fruendo z tales supellectilẽ q̄diu ipsa vixerit et vidualẽ vitã seruauerit z dotes z tale legatũ nõ petierit. Jn fine aũt solẽt ita cõcludere: q̄ si cõtingat eã ad secũda vota trãsire aut religionẽ intrare tũc eã voluit habere dotes tm̃mõ suas z tale legatũ z tales vestes z tũc alimentoꝝ z talis vestis legatũ extinguat̃ z desinat zc̃. Jgit̃ ex his colligas q̃ magis placuerit testatori. Nã tp̄ib⁹ meis hec sepissime occurrere vidi et caue diligentissime vt in his formis verbis z distinctiõib⁹ p̄prijs et latini claritate vtaris, vt singula voluntati testatoris cohereant.

¶ De formis institutionũ liberoꝝ. Rubri. xlj.

SJcut iaz dictũ est ordinatis legatis oĩbus tam ex debito q̄ ex libera volũtate relictis: debebit testamenti dictator ad heredis institutionem trãsitũ facere. Cõsiderabit aũt vtruz instituat̃ vnus heres vel plures z vtrũ liberi vel ascendẽtes aut extranei. Jtez si plures instituat̃ an eq̄liter aut ex disparibus portionib⁹: z an in capita vel in stirpes.

¶ Additio. Quid sit succedẽ vel instituere i stirpes z qd i capita di. ff. s. i. rubrica heredis institutio in qua vlti. volun. zc̃. Berard⁹ mu.

¶ Obseruabit etiã vt si plures heredes fuerint, p̄io instituant̃ particulares: deinde vniuersales. primo nati deinde nascituri vel posthumi z tũc diligẽter attẽdat vt i liberorum institutionibus legem velleiam non omittat.

¶ Additio. Cui⁹ meminit tex. i. §. posthumoꝝ aũt i fine insti. d exhere. libe. Berardus mulert.

¶ Preterea si fiat exheredatio curabit vt illa legitĩe fiat z q̄ institutionẽ ipsa exheredatio antecedat. Jnstitutionũ igit̃ forme plures et varie .J. notant̃. quarũ illã vel illas dictator sumet quam vel quas voluntati testatoris et negotio emergenti magis congruere viderit.

¶ Si vnic⁹ itaq̄ fili⁹ vel filia testatori fuerit, et is heres in vniuerso instituat̃ hoc mõ formã concipies. Jn oĩbus aũt bonis suis iurib⁹ z actiõib⁹ filiũ suũ. N. sibi heredez instituit, z si testator p̄ legẽ velleiã p̄uidere voluerit ne q̄n agnatiõe sui heredis testm̃ rũpatur, sic dices: i oib⁹ aũt bonis suis iurib⁹ et actiõib⁹ filiũ suũ. N. vel eo p̄mortuo nẽte liberos ex eo suscepturos et posthumos sibi heredes instituit: vel sic. Jn oib⁹ aũt bonis suis iuribus z actiõib⁹ filiũ suũ. N. sibi heredẽ instituit, verũtñ si dict⁹. N. eo testatore viuo moriat̃ tunc si q̄ ex eo liberi superfuerint nati z posthumi sint heredes.

¶ Si aũt plures filij vel filie testatoris ex eq̄s portionib⁹ instituti sint ita scribes. Jn oib⁹ aũt bonis suis iurib⁹ z actiõibus Jo. Ar. z Se. filios suos z itẽ Annã Barbarã z So. filias suas sibi ex eq̄s portiõib⁹ heredes instituit. Et si vti voluerit testator cõsilio leg; velleie ita subiũges. Uerũtñ si aliquẽ p̄dictoꝝ filioꝝ vel filiarũ eius eo testatore viuo mori cõtigerit tũc i locũ z partẽ eius liberi ex eo vel ea suscepti nati et posthumi institu-

pes ꝛ non in capita sint heredes.
¶ Si vero plures filios ꝛ filias te
statoꝛ habuerit ꝛ qsdã i parte vel
re certa / ꝛ quosdã i vniuerso here
des istituerit tũc ita scribes Pre
terea B. filiam suam i. c. lib. boñ.
heredez instituit quas eam habe-
re voluit cũ nupserit vl' religionẽ
intrauerit / ꝛ i domo sua decẽtiaꝛ
sufficẽtia alimẽta / verũtamẽ si di
ctas. c. libꝛas añq̃ nubat vl' religi
nẽ ītret exegerit extũc nõ habeat
alimẽta. et nota ꝙ talis forma so
let fieri i filia nõ nupta Sz si filia
fuerit nupta ita dices. Preterea
vel insup B. filiã suam vel ea pre
moriẽte liberos ex ea supstites si
bi heredes istituit i eo qđ ipi B.
vel p ea dedit dotis noīe qñ nup
sit: ꝛ isup in. x. lib. vltra. Si aũt te
statoꝛ habuerit nepotes ex filia
pmoꝛtua: ita dices Insup. A. et.
M. nepotes ei⁹ filios olim. B. fi
lie sue heredes istituit i eo qđ ipi
B. dedit i dote vel dotis noīe qñ
nupsit: isup i. c. ß. vltra. ¶ Si te-
statoꝛ filiaz habuerit monasterio
dedicatã ita dices. Item soꝛoꝛez.
M. filiam suã de conuẽtu sancte
clare sibi in. x. lib. heredẽ istituit.
Et si voluerit ꝙ ille. x. lib. ad mo
nasteriũ oī casu debeãt puenire si
ue filia pmoriaꝛ testatori siue nõ
tũc ita dices. Itẽ ītuitu ꝛ ꝯtẽpla
tiõe ei⁹ filie de ꝯuẽtu ꝛ mõasterio
scẽ clare: ipz mõasteriũ et ꝯuẽtũ
sibi i. x. li. heredẽ istituit. ¶ Cõti
git aliqñ ꝙ testatoꝛ hz filiũ emãci
patũ quẽ solũmõ i q̃titate vel re
certa vult heredẽ istituere: et tũc
ita formab;. Itẽ filiũ suũ Ro. a se
emẽcipatũ vl' eo pmoriẽte liberos
ex eo supstites sibi i. xx. lib. vel ta
li pdio heredes istituit. Et idẽ in
nepotib⁹ ex emãcipato filio moꝛ
tuo nat;. Nã testatoꝛ emẽcipatũ
filiũ vl' eo pmoꝛtuo liberos ei⁹ isti
tuere tenet vl' i q̃titate vl' i re vl'
poꝛtiõe certa. qñimo ipz vel ipos
istituere põt i vniuerso ꝛ etiã pa
riter cũ aliis i ptãte retẽtis. cum
sublata sit oīs differẽtia iter suũ
ꝛ emãcipatũ et vtriusq; liberos.
¶ Additio. Uide q̃ dixi. ß. in ru-
brica de libe. primi gđ⁹ legi. ꝛ na
tura. iam natis in. q̃. additione.
Gerardus mulert.
¶ Itẽ etiam aliquẽ ex his q̃s hz
i ptãte i re vl' i q̃titate vl' poꝛtiõe
certa heredẽ istituere pt. Et tũc
ita dices. Itẽ. A. filiũ vel nepotẽ
suũ / sibi i. c. lib. vl tali pdio vel cer
ta pte bonoꝝ suoꝝ scz sextãte siue
quadrãte heredẽ instituit.
¶ Itaq; istitut; pticularib⁹ here
dib⁹ dz tabellio ad vniuersaliũ i-
stitutionẽ accedere sub hac foꝛa.
In oib⁹ aũt bõis suis iurib⁹ et a
ctionib⁹. P. I. ꝛ. M. ei⁹ filios sibi
ex eq̃s poꝛtiõib⁹ heredes istituit.
Et nota ꝙ põt fieri istitutio p: i i
capita / ꝛ pti i stirpes. hoc mõ. In
oib⁹ aũt bõis suis iurib⁹ ꝛ actiõi-
bus F. ꝛ A. eius filios. s. quẽlibet
eoꝝ in tertia ꝛ pro tertia pte: M.
vero et. S. ei⁹ nepotes filios oliz
L. ei⁹ filij i relīq̃ tertia pte sibi he
redes istituit. Itẽ nõ ꝙ i his vni-
uersalib⁹ istitutiõib⁹ recurrere bo
nũ ẽ ad ꝯsiliũ legẽ vellic. vt ꝙ di-
cat: ꝛ si aliq̃s pdictoꝝ filioꝝ ꝛ ne
potũ suoꝝ eo testatoꝛe viuo decesse
serit: tũc si q̃ ex eo liberi supfuerit
nati ꝛ posthumi i locũ ꝛ ptẽ ei⁹ in
stirpẽ ꝛ nõ i capita sint heredes.

¶ De forma istitutiõis posthumoꝝ. Rub. xlij.

Factis institu-
tiõib⁹ pticularib⁹ li-
beroꝝ viuẽtiũ faciẽ-
de sũt istitutiões post-
humoꝝ. ne ex pteri-
tiõe posthũi rũpi ꝯtigat testamen
tũ. de q̃ dictũ ẽ. ß. i rubri. d filijs le
gitimis nat u. posthũis. fiãt aũt sub
his vbis foꝛe Si vero ex ipa. A. le

gitia ei⁹ coiuge nati vel editi fuerit ex nunc filij vn⁹ vel plures masculi vel femine/ posthumi vel medio tempore ad lucem peruenientes. ipsum vel ipsos cum predictis. F. et G. i. a natis pariter ex equis portionibus sibi in omnibus bonis suis heredes instituit.

¶ De formis institutionum ascendentium nostrorum. Rubrica. xliiij.

Cogitur quis ascendentes suos instituere tunc demum quando non habet liberos descendentes vt dictum est. s. in rubri. de institutione parentum. licet si sponte velit possit nihilominus eos instituere etiam si habeat descendentes

¶ Additio. De quo non est dubitandum: cum legitima filijs relicta etiam extraneos instituere potest. vt auc. de trien. et semisse. §. si vero vltra quattuor. col. iij. Gerardus mulert.

¶ Instituet igitur eos in vniuerso hoc modo. In omnibus autem bonis suis patrem auum vel pauum suum, vel matrem auiam vel pauiam sibi heredem vel heredes instituit.

¶ De forma institutionum extraneorum heredum. Rubrica. xlv.

Solet testator extraneum vel extraneos instituere: puta suum filium naturalem vel aliquem de collateralibus vel alium quemcunque tunc scilicet quando legitimos non habet descendentes vel ascendentes: quamuis etiam si habeat legitimos liberos vel parentes eis in aliquo institutis posset extraneum in reliquo instituere. Itaque instituet extraneos hoc modo. In omnibus autem bonis suis iuribus et actionibus suam filiam naturalem Anthoniam vel suum fratrem vel patruum consanguineum sibi heredem instituit. Et si respectu salutis anime instituatur locus venerabilis: ita dices. In omnibus autem bonis suis talem ecclesiam vel hospitale vel conuentum tanquam christi pauperes intuitu pietatis sibi heredem instituit. Vel sic. conuentum predicatorum et conuentum fratrum de sacco ciuitatis bon. tanquam christi pauperes sibi heredes instituit ex equis portionibus. Si vero generaliter christi pauperes instituantur ita dices. In omnibus autem bonis suis iuribus/ et actionibus pauperes christi existentes in ciuitate et comitatu bon. omnium iure et pietatis intuitu sibi heredes instituit.

Sed nota quod in tali institutione competit distributio episcopo diocesis: qui generalis est procurator pauperum sue diocesis. §. si quis autem pro redemptione: ibi in omnibus et in talibus etc. in auc. de eccle. ti. col. ix. quod plurimum testatores abhorrent nolentes omnino quod hereditates eorum in manus episcopi distribuende perueniant. et ideo solent addere hoc modo Illos videlicet pauperes quos pro anime sue salute dicti commissarij eius dixerit eligendos numerandos et nominandos quasi a se testatore electi et numerati fuissent et proprijs et expressis nominibus declarati: quorum quelibet non pro rata/ sed illam solummodo quam ipsi commissarij ei designauerit ex hac hereditate capere voluit et disposuit portionem et ipsos commissarios vice dictorum heredum et pauperum hanc hereditatem adire. Et attende diligenter quod licet talis institutio alieno arbitrio videatur esse commissa: et ideo non valere. l. illa institutio. et l. captatorias. ff. de here. insti. tamen bene valet. Si vero testator diceret illum instituo quem titius voluerit: tunc omnino committeretur alieno arbitrio et esset captatoria institutio et penitus inutilis: sed hic testator instituit prima facie pauperes christi quod bene facere potest: quamuis institutionem numerum pauperum per institutionem restrixerit ad certos pauperes et heredes per commissarios ex post facto declarandos.

¶ Additio. Quod. s. dicta institutio valeat tenet Cy. in l. captatorias.

Episcopus generalis est procurator pauperum sue diocesis.

Institutio commissa alieno arbitrio an valeat?

C.ꝺ testa.mili.et post eū Bar.l.i. illa isti̇tutio.ff.ꝺ here.isti.vbi po⸗ nit rōnē. Et no.s3 eūdē ibidē ꝙ i casu pmisso illi pmissariū.añ ꝗ ele gerit paupes sūt ꝯuenīedi: q2 ha bent loco heredū ꝑ.l.si q̄s ad de⸗ clinādā.ꝯiūcta.l.nulli. C.de epi. et cle.de q̄ vide lati⁹ ꝑ eūdē Bar. in q̄dā q̄stiōe ꝑ eū disputata q̄ i̇ci pit: filiū adultū testatoꝝ instituit. Gerardus mulert.

Cōmissaru qui b⁹ pauperꝝ electio i testamēto est pmissa loco heredū sunt.

¶ Verū ēt̃ q̄ꝺ ad hm̄oi dubita tiōes solet testatoꝝ vxorē vl' aliquē fidelē amicū heredē isti̇tuere di⸗ stributionē ipsi⁹ hereditatis ꝑ aīa sua ipi⁹ fidei pmittēdo. et tūc ita dicē In oib⁹ aūt suis bōis. D.ei⁹ vxorē vl'.C.ei⁹ cōpatrē sibi here⸗ dē isti̇tuit: disponēs ꝛ iubens ꝙ ꝑ aīa sua ꝛ parētū suoꝝ hereditatē ipsam erogetꝛ distribuat inī pias causas ꝛ circa mie opa:ꝛ distribu tionē ipaꝝ sue fidei ꝛ charitati cō mittēs. S3 cū istud videaꝺ fcē q̄ꝺ dā fideicōmissū: querit vtrū pos sit ꝺfalcari trebel'liāica potiꝰ et vl' ꝙ nō: cū i relictis ad pias cās cesset oīs falcidia. vt i auc. de ec⸗ cle.titu.§.si autem heres.col.ix. ¶ Additio. Vide q̄ dixi.s.i rub. de fal.detrac.ꝛc. Gerardus mu.

Trebellianica an hēat locū i relictis ad pias causas?

¶ De exheredationū formis. Rubrica.xlvi.

Patervl' mr̃ aut aliqs de ascēdētibus pfmis vl' mr̃nis hñs aliquē de his liberis q̄s testādo vl' isti̇tuere vl' exheredare tenet/ꝛ volēs illū ex⸗ heredare potit hoc facere: si tñ ve rā hēat atq̄ legitimā cā3 igratitu dis aliquā.s.ex his q̄b⁹ liberi pñt de iure exheredari ꝛ illā i testō ex ꝑ̄ssit: hoc mō. Insup.S.filiū su u3: q2 m m⁹ atroces iiecit i eū: vl' q2 ꝯueneni pocula ei et mortē pauit exheredauit oino/ꝛ ab oī subā et hereditate sua constituit alienum

R. vero sibi heredem instituit. ¶ Additō. Quot aūt ꝛ q̄ sint cāe ꝑpt q̄s parentes pñt exheredare filios dixi.s.i rub. de libe.ꝑmi g⁹ d⁹ legitimis ꝛ naturalib⁹ iā natis. i vltima additiōe. Gerardus mu. ¶ Si ꝟo neq̄ isti̇tuere neq̄ exhe redare voluerit potit ꝑterire cām verā iserēdo: hoc mō. Preterea. R filiā vl' neptē suā nec isti̇tuit: nec exheredauit: q2 cū eā honeste ma rito ꝯiūgere voluisset ipa magis ele git luxuriari. P. ꝟo hedē isti̇tuit ¶ Addō. Aduerte ꝙ premissas duas formas ponit etiā Spe.i ti. de instru.editio.§.cōpendiose.ꝟ.si. si autē is qui aliquem tenetur in⸗ stituere. Gerardus mulert. ¶ Et no.ꝙ talis ꝑteritio fcā cū cā siue a p̄re siue a mr̃e. aut ab ali quo ꝺ ascēdētib⁹ pfnis vl' mr̃nis tantu3 valet q̄tum exheredatio. ¶ Additō. Ita tenet Azo.i sum⸗ ma.C.de libe.ꝑte.in ꝑn.ꝛ Spe. vbi.s. Gerardus mulert. ¶ Filii⁹ aūt vl' alii ex liberis parē tes exheredare vel ꝑterire pōt vt sup⁹ dictū est: iserēdo exhereda⸗ tiōi vl' ꝑteritiōi vnā ex illis septē causis legitimis quib⁹ liberi pñt parentes suos exheredare. ¶ Additio. Causas ꝑpt q̄s filij pñt suos parētes exheredare feri psi.s.in rubri.de insti.parētū seu ascendentiū.in iij.col.vltime ad⸗ ditionis. Gerardus mulert.

Preteritio facta cum cā an eq paret exheredationi?

¶ De formis vulgaris substitutiōis. Ru.xlvij

Quoniā secūdū naturalem et rationa bilem ordinem institu tio sicut p̄mus grad⁹ d3 precedere: substitu tio vero tanq̄ secūd⁹ grad⁹ seq. ieirco postq̄ tradita sunt isti̇tu tionū exēpla. de substōnū formis imediate dicem⁹: i q̄libet aūt exē plo ꝑpt maiorē euidētiā substitu

Subsiti- tutõ vul garẽ ad qd fuit inuēta ⁊ tioni cuilibet sua institutio ad ṗpo nes. Uulgaris substitutio ad hoc solū fuit iuēta vt si cõtingat q̄ he res institut⁹ vl' nolit vl' nõ possit he reditatē adire ali⁹ sit heres: et in hoc differt a ceteris: qꝛ p hāc testa- tor sibi puidet si institut⁹ nõ adeat p ceteras ṗo ẽt si institut⁹ adeat: sꝫ sub adiecta cõditiõe decedat. Est ergo vulgaris exp̄sse talis forma P. filiū suū vel fratrē vel amicū sibi heredē instituit. et si ipse. P. nõ erit heres. vel sic ⁊ si ipse. P. nolit: vl' nõ possit eē heres. A. sit heres. vel. A. ei substituit. Et pos set vlteri⁹ pcedere dicēs. et si A. nõ sit heres. B. sit heres: ⁊ si B. si sit. J. sit. ⁊c. ⁊ sic p multos gd⁹ he redū. Jtē multis heredib⁹ institutis possit cuilibꝫ suū substitutū dare Et no. hic q̄ si institut⁹ cui fit vul garis exp̄ssa erat filiusfa. ⁊ pupill⁹ tūc ex ipa vlgari ꝯsurgit ẽt pupil laris et vtrusq̄ ibi resultat effec:⁹

¶ Additio. l. ꝗuis. C. d' ipubc. et alijs sub. et. l. iā hoc. ff. eo. G. mu.

¶ Si aūt substitut⁹ nõ sit fili⁹: vl' si fili⁹ quidē sit / sꝫ nõ pupill⁹. aut si fit⁹ ⁊ pupill⁹ sit: sed nõ in ptāte tunc est sola vulgaris.

¶ Additio. Ad hoc ei vt pupilla ris valeat m̄lta requirūtur vt dictū est. s. in ru. de pupillari substi. in principio. Gerardus mulert.

¶ Tacita vulgaris fit duob⁹ he redib⁹ institutis hoc modo. Ja. ⁊ Pe. ei⁹ filios vel fratres. vel con sanguineos sibi heredes instituit: ⁊ eos inuicē substituit: q̄si dicat si vn⁹ nõ sit heres: alt⁹ sit heres iso lidū. Et attēde q̄ si in istis duob⁹ institutis hec oīa simul ꝯcurrunt scꝫ q̄ ābo essent filij ⁊ ābo pupilli et ambo in ptāte pr̄is talis substõ dicet breuiloqua. Sꝫ si aliqd cor desit tūc erit solūmodo vulgaris.

¶ De formis pupilla- ris substõis. Ru. xlvii.

Pupillaris ex- p̄ssa fit p institutionē hoc mõ. An. filiū vl' nepotē suū sibi here dē instituit: ⁊ si ipe ei heres erit: ⁊ i pupillari etate vl' i- tra. x. ānū sue etatis decesserit. P. sit heres. vel. P. ei substituit. Et no: q̄ sub p̄dicta pupillari exp̄ssa ꝯtinet tacita vlgaris: ⁊ iõ siue ipe pupill⁹ sit heres ⁊ i pupillari eta te decedat / siue he nõ sit / ille institu- t⁹ vocabit iure directo licꝫ ex pu pillari vocet ad vtrāq̄ hereditatē .s. pr̄is ⁊ filij. sꝫ ex vulgari tm̄ ad hereditatē pr̄is. Jtē no. q̄ iste ābe substõnes. s. pupillaris ⁊ vulgaris si eri possēt simꝫ ⁊ semel exp̄ssis sic hoc mõ. J. filiū ei⁹ heredē sibi insti tuit: ⁊ si ipe ei heres nõ erit / vel si heres erit et in pupillari etate de cesserit. P. sit heres. vt isti. de pu pil. sub. i pn. De tacita ṗo pupilla ri meli⁹ exēplū nõ habem⁹ q̄ illd qd ꝯsurgit ex exp̄ssa vulgari: qꝛ q̄si fit sola vulgaris filiosa. pupillo f il la vulgari includit tacita pupilla ris lꝫ ẽt lex alia exēpla ponat vt d' q̄s mihi heres herit sit heres filio meo: ⁊ q̄dā alia q̄ nunq̄ ad man⁹ occurrere nr̄is tpib⁹ visa sūt. Et si testator filius posthumis instituit pupillarē substõnē fecerit: itā d' cesi i substõe p̄missa. Et si aliqs d' cror filior suor posthumor ei he res erit: ⁊ i pupillari etate decesse rit tal' sit heres vl' talē substituit

¶ De forma exēplaris substõnis. Rub. xlviii.

Parens habens fi lium vel nepotem furio- sum vel mente captum qui pupillare tēpus excessit insti- tutionem vel substitutionem ei fa ciat hoc modo. P. filiuꝫ eius fu- riosum vel mente captum sibi he dex instituit. sed si ipse decesserit

furiosus vel mēte capt⁹ Jo. eius filius vł talis ei⁹ frater/ vel talis alius sit heres vel talē eius filiuz vł fratrē herēdē instituit. de hac substitutione an et q̄liter pcedat dictum est. s. in rubrica de exemplari substitutione.

¶ De formis cōpēdiose substitutiōis ⁊ fideicōmissarie. Rubri. xlix.

In tribus iā exē plificatis substitutionibus nō interest vtrum dicat ille sit heres vel illū substituo/ q̄ min⁹ remaneāt directe. Jn hac aūt cōpēdiosa substitutiōe op⁹ ē q ipsa fiat solū filiosa. pupillo: ⁊ cū isto aduerbio qñcūq vł sīlī: ⁊ solū p verba directa scz ille sit heres ⁊ nō p obliq̄ scz illū substituo: ⁊ q: nō pōnat i ea cła sine liberis. fiet igr hoc mō. P. filiū suū sibi heredē instituit. ⁊ si dict⁹ ei⁹ filius decesserit qñcūq. N. sit heres Et nō q talis substitutio hz ius ⁊ naturā et effectuz pupillaris substitutiōis. Uerūtamē tres sūt forme q̄ licet similitudinez cū cōpendiosa videant habere: attamē modica verborū mutatiōe vel adiectione/ substitutionē fideicōmissariā reddūt. ⁊ ideo fieri pñt cuicūq heredū vel cuilibet heredi. Quarū vna talis est. P. sibi heredē instituit. et si dict⁹ P. qñcūq decesserit sine liberis Ja. sit heres. Scda talis ē. ⁊ si dict⁹. P. quādocūq decesserit sine liberis Ja. substituit. Tertia talis est q si dict⁹. P. decesserit qñcūq Ja. substituit. Et nota q lz i hoc tertio exēplo non ponat illa clausula sine liberis: attamē si institut⁹ erat fili⁹ testatoris. tacite subintelligitur. sed in extraneo aliter est. ¶ Additio. Ut i. l. gñalit. §. cū autē. C. de insti. ⁊ substi. i ub codi. ⁊ dictū est. s. in rubrica de cōpendiosa substitutiōe. Ge. mu. ¶ Jtē nota q oēs iste substōnes in qbus fideicōmissarie sūt: ⁊ ius atq naturā fideicōmissi habent. ¶ Additō. Hoc verbū qsdā alij tñ aliter dicūt vt notaui plene. s. in d. rubrica de compēdiosa substi. vbi vide late de hoc. Ge. mu. ¶ Est et qrtū exēplū ex q duplex substitutio ɔsurgit. s. pupillaris ⁊ fideicōmissaria/ et ppterea fieri nō pt nisi filiosa. h⁹mō. Ja. filiū suū sibi heredē istituit: et si dict⁹ Ja. decesserit i pupillari etate vł postea qñcūq sine liberis substituit ei pupillarit ⁊ vulgarit ⁊ p fideicō Philippū frēz ei⁹ vel talē aliū. ⁊ esto mēo: q talis substō valde vtilis ⁊ assueta est i filio pupillo cui pater substituere vult in pupillari etate et etiam postea.

¶ De forma breuiloq̄ seu reciproce substōis. Rubrica. l.

Ad hoc vt substitutō dicatur breuiloq̄ hec oia ɔcurrere debēt scz q ipsa fiat duob⁹ vł pluribus filijs pupillis: et in ptāte testatoris existētib⁹. hoc mō Ja. et Da. filios suos ipuberes sibi heredes istituit: ⁊ eos iuicē substituit. sub his vbis ɔtinētur due pupillares: ⁊ due vulgares. Et nō q si aliqs de istitutis esset adult⁹/ vel emācipat⁹/ vł nō fili⁹: rōne īeqlitatis lex nō pateret eā esse breuiloquā: imo tūc eēt simplr vulgaris. de hac substitutiōe dictū ē. s. in rubrica de breuiloq̄ substōne.

¶ De documētis qbusdā aureis ⁊ notabilib⁹/ circa magis assiduas substitutiones. Rubrica. lj.

